

et Aegyptiis propter Israhel
universum laborem qui accidisset
eis in itinere
quo liberarat eos Dominus
III Rg 8,66;
II Par 7,101
14,301
14,301
Dl 10,171
II Par 2,51
Ps 134,51
10,251 Nm 15,3;
Idc 2,51
I Sm 6,15;
III Rg 3,4
Gn 31,54;
Dt 12,71 14,231
27,7
11 nunc cognovi quia magnus Dominus
super omnes deos
eo quod superbe egerint contra illos
12 obtulit ergo Iethro cognatus Mosi
holocausta et hostias Deo
veneruntque Aaron et omnes senes
Israhel
ut comederent panem cum eo coram
Domino
13 altero autem die sedit Moses ut iudi-
caret populum
qui adsistebat Mosi de mane usque
ad vesperam
14 quod cum vidisset cognatus eius
omnia scilicet quae agebat in populo
ait
quid est hoc quod facis in plebe
cur solus sedes
et omnis populus praestolatur de
mane usque ad vesperam
15 cui respondit Moses
venit ad me populus quaerens sen-
tentiam Dei
16 cumque acciderit eis aliqua discep-
tatio
veniunt ad me ut iudicem inter eos
et ostendam praecepta Dei et leges
eius
17 at ille non bonam inquit rem facis
18 stulto labore consumeris et tu et po-
pulus iste qui tecum est
ultra vires tuas est negotium
solus illud non poteris sustinere
19 sed audi verba mea atque consilia
et erit Deus tecum
esto tu populo in his quae ad Deum
4,16
pertinent
ut referas quae dicuntur ad eum
20 ostendasque populo caerimonias et
ritum colendi
viamque per quam ingredi debeant
et opus quod facere
21 provide autem de omni plebe viros
potentes et timentes Deum
in quibus sit veritas et qui oderint
avaritiam
et constitue ex eis tribunos et centu-
riones et quinquagenarios et de-
canos
22 qui iudicent populum omni tempore
quicquid autem maius fuerit refe-
rant ad te
et ipsi minora tantummodo iudicent
leviusque tibi sit partito in alios onere
Nm 11,17
23 si hoc feceris implebis imperium Dei
et praecepta eius poteris sustentare
et omnis hic populus revertetur cum
pace ad loca sua
24 quibus auditis Moses fecit omnia
quae ille suggererat
25 et electis viris strenuis de cuncto Is-
rahel
constituit eos principes populi
tribunos et centuriones et quinquagenarios et decanos
21,22
26 qui iudicabant plebem omni tempore
quicquid autem gravius erat refere-
bant ad eum

(G)AOC 8 uniuersumque c | ei GCA | quo] et quod c. | liberauerat CMc; liberabat O. | 9 bonis
ΣΑΤΜΦ om. C | dominus] deus OC; om. G | 10 uos] nos G | 11 magnus + est C | 12 deo]
cr domino G | aaron et] ad aaron C | seniores ΑΤΜΦc | domino] deo c | 13 altera
ΤΜΦc | adsistebant CM | de] a c. | uesperum CE | 14 facis] agis C | 19 consilium
C | deus AO cr] dominus cet. | 20 uiam per AC | facere + debeant c. | 21 praeuide
CA | 22 ~ sit tibi c | 23 sustinere G | ~ ad loca sua cum pace c. | 24 illi C | 25 [deest
G usque ad 19,12] |

faciliora tantummodo iudicantes
27 dimisitque cognatum qui reversus
abiit in terram suam
19 mense tertio egressionis Israhel de
terra Aegypti in die hac
venerunt in solitudinem Sinai
Nm 33,15;
Idc 5,14
2 nam profecti de Raphidim et perve-
nientes usque in desertum Sinai
castrametati sunt in eodem loco
ibique Israhel fixit tentoria e regione
montis
3 Moses autem ascendit ad Deum
vocavitque eum Dominus de monte
et ait
haec dices domui Iacob et adnuntia-
bis filiis Israhel
Dt 4,341
4 vos ipsi vidistis quae fecerim Aegypti-
tiis
quomodo portaverim vos super alas
aquilarum et adsumpserim mihi
Dt 32,11
5 si ergo audieritis vocem meam
et custodieritis pactum meum
eritis mihi in peculium de cunctis po-
pulis
6,71 Dt 7,61
Mal 3,171
9,291 I Sm 2,81
Ps 23,11
22,31; 23,22 Lxx;
Is 61,61 I Pt 2,9;
Apc 1,61
mea est enim omnis terra
6 et vos eritis mihi regnum sacerdotale
et gens sancta
haec sunt verba quae loqueris ad fi-
lios Israhel
3,161 Dt 33,5
Nm 30,1,2
24,3;
Nm 32,25,31
24,7
20,21; 24,16;
III Rg 8,12;
II Par 6,1;
Dt 4,121
Dt 4,10
7 venit Moses et convocatis maioribus
natu populi
exposuit omnes sermones quos man-
daverat Dominus
8 responditque universus populus si-
mul
cuncta quae locutus est Dominus fa-
ciemus
cumque rettulisset Moses verba po-
puli ad Dominum
9 ait ei Dominus iam nunc veniam ad
te in caligine nubis
ut audiat me populus loquentem ad
te
et credat tibi in perpetuum
nuntiavit ergo Moses verba populi
ad Dominum
10 qui dixit ei vade ad populum et sanc-
tifica illos hodie et cras
laventque vestimenta sua
Nm 11,181
Ios 7,13
10,11;
14,15
11 et sint parati in diem tertium
die enim tertio descendet Dominus
coram omni plebe super montem
Sinai
12 constituesque terminos populo per
circuitum et dices
cavete ne ascendatis in montem
24; 34,3;
Hibr 12,18
nec tangatis fines illius
omnis qui tetigerit montem morte
moriatur
13 manus non tanget eum
sed lapidibus opprimetur aut confo-
dietur iaculis
Hibr 12,20
sive iumentum fuerit sive homo non
vivet
cum coeperit clangere bucina tunc
ascendant in montem
14 descenditque Moses de monte ad po-
pulum et sanctificavit eum
25
14,15;
10,111
cumque lavissent vestimenta sua 15 ait
ad eos
estote parati in diem tertium
ne adpropinquetis uxoribus vestris
16 iam advenerat tertius dies et mane
inclaruerat
et ecce coeperunt audiri tonitrua ac
micare fulgura
et nubes densissima operire montem
clangorque buciniae vehementius per-
strepebat
timuit populus qui erat in castris
17 cumque eduxisset eos Moses in oc-
cursum Dei de loco castrorum
steterunt ad radices montis
Dt 4,11
18 totus autem mons Sinai fumabat
24,17
eo quod descendisset Dominus super
eum in igne

27 cognatum + suum Mc || 19,1 in solitudine OT | 3 deum] dominum O | 6 mihi + in
ΤΜΦc | 8 uniuersus] omnis Cc. | ad deum A | 11 in diem tertiam A.; in die tertio O;
+ in ΤΜΦc | tertia c. | 12 dices + ad eos c | in monte O | [iterum adest G] | nec]
ne G; et nec O. | 13 tangent GTMΦ | 14 lauassent OETMΦ | 15 et ne c | 16 iamque
c | ~ dies tertius AOΣA r | timuitque ΣA; et timuit c |

(G)AOC
ΣΑΤΜΦ
cr

et ascenderet fumus ex eo quasi de
fornace
eratque mons omnis terribilis
19 et sonitus bucinæ paulatim cresce-
bat in maius et prolixius tendebatur
Moses loquebatur et Dominus re-
spondebat ei
Dl 33,2;
II Esr 9,13
20 descenditque Dominus super mon-
tem Sinai in ipso montis vertice
34,2 et vocavit Mosen in cacumen eius
quo cum ascendisset 21 dixit ad eum
121 descende et contestare populum
ne forte velint transcendere terminos
ad videndum Dominum
et pereat ex eis plurima multitudo
22 sacerdotes quoque qui accedunt ad
Dominum sanctificentur ne percui-
at eos
23 dixitque Moses ad Dominum
121 non poterit vulgus ascendere in mon-
tem Sinai
tu enim testificatus es et iussisti di-
cens
pone terminos circa montem et sanc-
tifica illum
24 cui ait Dominus vade descende
24,1,2 ascendesque tu et Aaron tecum
121 sacerdotes autem et populus ne trans-
eant terminos
nec ascendant ad Dominum ne forte
interficiat illos
14 25 descendit Moses ad populum et om-
nia narravit eis
20 locutus quoque est Dominus cunc-
tos sermones hos
Ps 49,7
3,171
2-17;
Dt 5,6-21
34,14; Dt 6,141
23; 34,17;
Lv 19,4; 26,11;
Dt 4,16-18,23;
16,22; 27,151
2 ego sum Dominus Deus tuus qui
eduxi te de terra Aegypti de domo
servitutis
3 non habebis deos alienos coram me
4 non facies tibi sculptile
neque omnem similitudinem quae

est in caelo desuper et quae in terra
deorsum
nec eorum quae sunt in aquis sub
terra
5 non adorabis ea neque coles
23,241
ego sum Dominus Deus tuus fortis
34,14; Dt 4,24;
6,15; Ios 24,19
zelotes
34,71 Ier 32,18
visitans iniquitatem patrum in filiis
in tertiam et quartam generationem
eorum qui oderunt me
6 et faciens misericordiam in milia
Dl 5,10; 6,25;
7,91 Lc 1,501
his qui diligunt me et custodiunt
praecepta mea
7 non adsumes nomen Domini Dei tui
Lv 19,121
Sir 23,10
in vanum
nec enim habebit insontem Dominus
eum qui adsumperit nomen Do-
mini Dei sui frustra
8 memento ut diem sabbati sanctifices
16,231 31,131
31,141 Lv 19,31
16,261 23,121
31,151 34,211
Lv 23,31 Ezz 46,11
Lc 13,14
9 sex diebus operaberis et facies omnia
Ier 17,22
opera tua
10 septimo autem die sabbati Domini
Dei tui non facies omne opus
tu et filius tuus et filia tua
servus tuus et ancilla tua
iumentum tuum et advena qui est
intra portas tuas
11 sex enim diebus fecit Dominus cae-
lum et terram et mare et omnia
31,17; Gn 1,11
11 Mc 7,28;
II Esr 9,61
Ps 145,6;
Act 4,241
quae in eis sunt
Gn 2,2,3
12-16;
Mt 19,18,19;
Mc 10,19;
Lc 18,20
Dt 5,161 Tb 4,3;
Sir 3,7,81
Mt 15,4;
Mc 7,10
et requievit in die septimo
idcirco benedixit Dominus diei sab-
bati et sanctificavit eum
12 honora patrem tuum et matrem
tuam
Dt 4,401
ut sis longevus super terram quam
Dominus Deus tuus dabit tibi
13 non occides
13-17;
Rm 13,9
23,71 Mt 5,211
Jac 2,11
14 non moechaberis
Tb 4,131 Mt 5,27
15 non furtum facies
Lv 19,11
16 non loqueris contra proximum tuum
23,11; Dt 19,181

falsum testimonium
17 non concupisces domum proximi tui
Sir 41,27 nec desiderabis uxorem eius
non servum non ancillam non bo-
vem non asinum nec omnia quae
illius sunt
18 cunctus autem populus videbat vo-
ces et lampadas et sonitum bucinæ
montemque fumantem
Dl 5,5 et perterriti ac pavore concussi
steterunt procul 19 dicentes Mosi
Dl 5,25,27;
18,16 loquere tu nobis et audiemus
non loquatur nobis Dominus ne for-
te moriamur
20 et ait Moses ad populum nolite ti-
mere
Dl 4,101 ut enim probaret vos venit Deus
et ut terror illius esset in vobis et non
peccaretis
21 stetitque populus de longe
19,91 Moses autem accessit ad caliginem
in qua erat Deus
22 dixit praeterea Dominus ad Mosen
Dl 4,36 haec dices filiis Israhel
vos vidistis quod de caelo locutus
sum vobis
41 23 non facietis mecum deos argenteos
nec deos aureos facietis vobis
24 altare de terra facietis mihi
24,51 29,381 32,61
Gn 8,201 Lv 1,21
et offeretis super eo holocausta et
pacifica vestra
3,61 9,31 oves vestras et boves in omni loco in
quo memoria fuerit nominis mei
veniam ad te et benedicam tibi
Dl 27,5,61 25 quod si altare lapideum feceris mihi
non aedificabis illud de sectis lapi-
dibus
si enim levaveris cultrum tuum su-
per eo polluetur
26 non ascendes per gradus ad altare
meum

ne reveletur turpitudine tua
21 haec sunt iudicia quae propones eis
2 si emeris servum hebraeum
Dl 15,12;
Ier 34,141
sex annis serviet tibi
Lv 25,40,41
in septimo egredietur liber gratis
3 cum quali veste intraverit cum tali
exeat
si habens uxorem et uxor egredietur
simul
4 sin autem dominus dederit illi uxo-
rem
et peperit filios et filias
mulier et liberi eius erunt domini sui
ipse vero exibat cum vestitu suo
5 quod si dixerit servus diligo domi-
num meum et uxorem ac liberos
Dl 15,16,17
non egrediar liber
6 offeret eum dominus diis
et applicabitur ad ostium et postes
perforabitque aurem eius subula
et erit ei servus in saeculum
7 si quis vendiderit filiam suam in fa-
mulam
non egredietur sicut ancillae exire
consuerunt
8 si tripliciter oculis domini sui cui
tradita fuerit dimittet eam
populo autem alieno vendendi non
habet potestatem si spreverit eam
9 sin autem filio suo desponderit eam
iuxta morem filiarum faciet illi
10 quod si alteram ei acceperit
providebit puellae nuptias
et vestimenta et pretium pudicitiae
non negabit
11 si tria ista non fecerit egredietur gra-
tis absque pecunia
12 qui percusserit hominem volens oc-
cidere morte moriatur
22,3; Gn 9,6;
Lv 24,17,21;
Nm 35,16,31
13 qui autem non est insidiatus
Nm 35,111
sed Deus illum tradidit in manu eius

18 lampades OCF c | 19 et non OΣ | 20 deus] dominus AA | 22 dominus] deus OΣ | GAOC
uidetis A | sim OCTMΦ c | 23 mecum om. OTMΦ c | 24 de terra om. O | 25 tuum om. | GAOC
c. | super eum GAΣM || 21,1 proponis A; praepones GA | 2 serviat C | septimo +
autem G. | 3 egredietur A; egrediebatur O. | 4 dominus + eius G. | pepererit CATΦ c |
exiuit GAOS | 5 egredietur O | 6 ei om. AΣ; ~ servus ei G. | 7 consueverunt AOΣ c |
8 fuerat c; fuit CA | habet GOr | habeat Σ; habebit cet. | 9 si autem GΣA | sponderit
A.; sponderit Σ | 12 morietur OT. | 13 in manus GOTMΦ c |

GA(O)C 18 ~ omnis mons c. | 19 dominus] deus c | 20 quo] qui C | 21 uelit AOA cr | [de-
est O usque ad v. 25 (ant. vers.)] | 22 ascendunt GC | 23 dixit quoque GC. | iussisti]
ΣATMΦ cr iurasti C | 24 ascendeque G.; ascendensque A | transeat A; transcendant G. | 25 descendit-
que c | [iterum adest O] || 20,1 locutusque est GTMΦ cr | dominus] deus OMΦ | 2 ae-
gypti + et C | 5 iniquitates AΣΣ. | in filios A c | 7 dei² om. A | 9 operaueris GAOC |
10 septima A | sabbatum c | tui + est c. | opus + in eo c. | 11 dominus¹ | deus GΣA
TMΦ | in² om. AΣTΦ | diei] die GCΦ; diem O | 12 tuam om. AΣA | 14 moechaueris
GAOCΣ |

Nm 35,61	constituam tibi locum quo fugere debeat	²⁴ oculum pro oculo dentem pro dente manum pro manu pedem pro pede	Lv 24,20; Mt 5,38
Nm 35,20,21; Dt 19,11,12	¹⁴ si quis de industria occiderit proximum suum et per insidias	²⁵ adustionem pro adustione vulnus pro vulnere	
IV Rg 11,15	ab altari meo evelles eum ut moriatur	livorem pro livore	
	¹⁵ qui percusserit patrem suum et matrem morte moriatur	²⁶ si percusserit quispiam oculum servi sui aut ancillae et luscus eos fecerit dimittet liberos pro oculo quem eruit	
Dt 24,7	¹⁶ qui furatus fuerit hominem et venderit eum	²⁷ dentem quoque si excusserit servo vel ancillae suae	
	convictus noxae morte moriatur	similiter dimittet eos liberos	
Lv 20,91; Prv 20,20; Mt 15,4; Mc 7,10	¹⁷ qui maledixerit patri suo et matri morte moriatur	²⁸ si bos cornu petierit virum aut mulierem et mortui fuerint	
	¹⁸ si rixati fuerint viri	lapidibus obruetur et non comedentur carnes eius	
	et percusserit alter proximum suum lapide vel pugno	dominusque bovis innocens erit	
	et ille mortuus non fuerit sed iacuerit in lectulo	²⁹ quod si bos cornipeta fuerit ab heri et nudius tertius	36
	¹⁹ si surrexerit et ambulaverit foris super baculum suum	et contestati sunt dominum eius nec reclusit eum	
	innocens erit qui percussit	occideritque virum aut mulierem	
	ita tamen ut operas eius et inpensas in medicos restituat	et bos lapidibus obruetur et dominum illius occidat	
	²⁰ qui percusserit servum suum vel ancillam virga	³⁰ quod si pretium ei fuerit inpositum dabit pro anima sua quicquid fuerit postulatus	
	et mortui fuerint in manibus eius criminis reus erit	³¹ filium quoque et filiam si cornu percusserit simili sententiae subiacebit	
	²¹ sin autem uno die supervixerit vel duobus	³² si servum ancillamque invaserit	
	non subiacebit poenae quia pecunia illius est	triginta siclos argenti dabit domino bos vero lapidibus opprimetur	
	²² si rixati fuerint viri et percusserit quis mulierem praegnantem	³³ si quis aperuerit cisternam et foderit et non operuerit eam	
	et abortivum quidem fecerit sed ipsa vixerit	cecideritque bos vel asinus in eam	
	subiacebit damno quantum expetierit maritus mulieris et arbitri iudicarint	³⁴ dominus cisternae reddet pretium iumentorum	
	²³ sin autem mors eius fuerit subsecuta	quod autem mortuum est ipsius erit	
Dt 19,21	reddet animam pro anima	³⁵ si bos alienus bovem alterius vulnerarit	
		et ille mortuus fuerit	

GAOC 13 quo] in quem c. | 14 per industriam TΦc | altario ΓΣ | auelles ΟΣΑΤΦ | 15 et] aut c | 16 noxia C | 17 et] aut TMΦ; uel Λc | 19 percusserit TMΦc | opera OΦ | 21 si autem G | superuixerint Gr | ~ uel duobus superuixerit c. | 22 abortum G | ~ maritus mulieris expetierit c | iudicauerint CATc | 23 si autem G | eius] ei CΣ | 26 dimittet + eos Mc; + illos Σ. | 27 eos] illos Σ.; om. AM.; ~ eos dimittet Φ | 28 cornu percusserit c | dominus quoque Ac | 29 fuit GA | recluserit c | illius] eius Σc | 30 ~ fuerit ei c | postulatam O | 31 sententia ACETΦ | 32 ~ domino dabit c. | 33 uel] aut Λc | in ea GA | 34 reddat C | ~ reddet dominus cisternae c. | 35 uulnerarit t lapsu; uulnerauerit CATMΦc ||

	vendent bovem vivum et dividunt pretium	et ab eo qui susceperat furto ablata fuerint	
	cadaver autem mortui inter se dispartient	si invenitur fur duplum reddet	
29	³⁶ sin autem sciebat quod bos cornipeta esset ab heri et nudius tertius et non custodivit eum dominus suus reddet bovem pro bove et cadaver integrum accipiet	⁸ si latet dominus domus adplicabitur ad deos	
	²² si quis furatus fuerit bovem aut ovem	et iurabit quod non extenderit manum in rem proximi sui ⁹ ad perpetrandam fraudem	11
	et occiderit vel vendiderit	tam in bove quam in asino et ove ac vestimento	
II Sm 12,6	quinque boves pro uno bove restituet	et quicquid damnum inferre potest ad deos utriusque causa perveniet et si illi iudicaverint duplum restituet proximo suo	
	et quattuor oves pro una ove	¹⁰ si quis commendaverit proximo suo asinum bovem ovem et omne iumentum ad custodiam	
	² si effringens fur domum sive suffodiens fuerit inventus	et mortuum fuerit aut debilitatum vel captum ab hostibus nullusque hoc viderit	
	et accepto vulnere mortuus fuerit percussor non erit reus sanguinis	¹¹ iusiurandum erit in medio	
	³ quod si orto sole hoc fecerit	quod non extenderit manum ad rem proximi sui	8
21,121	homicidium perpetravit et ipse morietur	suscipietque dominus iuramentum et ille reddere non cogetur	
	si non habuerit quod pro furto reddat venundabitur	¹² quod si furto ablatum fuerit restituet damnum domino	Gn 31,39
	⁴ si inventum fuerit apud eum quod furatus est vivens sive bos sive asinus sive ovis	¹³ si comestum a bestia	
	duplum restituet	deferet ad eum quod occisum est et non restituet	
	⁵ si laeserit quispiam agrum vel vineam	¹⁴ qui a proximo suo quicquam horum mutuo postularit	
	et dimiserit iumentum suum ut depascatur aliena	et debilitatum aut mortuum fuerit domino non praesente reddere compelletur	
	quicquid optimum habuerit in agro suo vel in vinea	¹⁵ quod si inpraesentiarum fuit dominus non restituet	
	pro damni aestimatione restituet	maxime si conductum venerat pro mercede operis sui	
	⁶ si egressus ignis invenerit spinas et comprehenderit acervos frugum sive stantes segetes in agris	¹⁶ si seduxerit quis virginem necdum desponsatam et dormierit cum ea	Dt 22,28,29
	reddet damnum qui ignem succenderit	dotabit eam et habebit uxorem	Gn 34,12
	⁷ si quis commendaverit amico pecuniam aut vas in custodiam		

22,1 ~ ovem aut bovem CTΦ | 2 mortuus est OT. | 3 reddat + ipse Mc | 5 restituat OΣ. | 8 latet + fur c | dominum ATMΦ | ad deos] ad eos C | iuravit GAOCEATM | 9 inferri G | ad deos] ad eos OC | 11 suscipiatque O | 13 defert GΣ; deferat ΛM c; proferat Φ | 14 mutuum ΓΣΑΤMΦ | postulaverit ACEΛΦc | compellentur OΣ. | 15 fuerit dominus Λ; dominus fuit T; dominus fuerit Σc | 16 sponsatam A | et dormierit] dormieritque ATΦc; et dormieritque M. | dotavit GAOΣA | habebit + eam MΦc |

GAOC ΣΑΤMΦ ct